0269-0274- SS Felix I - Decreta supra Benigno Episcopo Directa

O93, f. 26ra; N442, f. 57, rb; V630, f. 59va; I83. f. 124va; VD38, f. 118rb; SG670, p. 247 (246)b; P9629, f. 33v

CUIUS[1] SUPRA BENIGNO EPISCOPO DIRECTA. <V630, f. 59vb>

Dilectissimo fratri Benigno episcopo Felix coepiscopus[2] in domino salutem.

Suscipientes[3] fraternitatis[4] tuae epistolas, quibus me super fidei documentis, quae[5] ab aliis habebantur aliter[6], quam rectae fidei contineant[7] sacramenta[8], prout dominus <SG670, p. 248a> dedit, pro fraternitatis amore respondere <VD38, f. 118rb> non resultavimus[9] [10].
Semper enim dubia et maiora negotia[11] terminum ab hac sancta sede[12] a tempore apostolorum, qui eam suis documentis instruxerunt[13], accipere[14] consueverunt, et ideo tu recte fecisti, quod huius sanctae sedis consultis te ceterosque firmari et instrui voluisti.
<I83, f. 124vb> Continebantur[15] [16] enim litterae tuae fratrumque tuorum, quod quidam[17] dicunt filium non posse[18] proprie videre patrem, quia scriptum est: Deum[19] nemo vidit umquam. Et alii[20] fingunt[21], ideo minor[22] est filius[23] patri[24], quoniam pater illi perhibet testimonium. Quidam autem[25] garriunt[26], quod ideo pater maior est, quia ipse[27] invisibilis dicitur, filius vero visibilis comprobatur[28]. Hi enim ignorantes divinarum scripturarum et apostolorum iura[29] ex proprio aut adulterino[30] sensu talia fabricant et seducere corda fidelium quaerunt. Nos vero ad ipsius fontis originem redeamus, ex quo filium patrem[31] semper videre potuisse vel posse evidentioribus[32] testimoniis[33] de veteris et <VD38, f. 118vb> novi <SG670, p. 248b> instrumenti[34] [35] litteris doceamus[36] Salomone docente[37]: Est tecum sapientia, quae novit opera tua, quae affuit[38] tibi, cum faceres orbem terrarum, et ipsa novit, <P9629, f. 34r> quid sit placitum[39] [40] oculis tuis. Et dominus in evangelio: Nemo novit filium nisi pater, neque patrem[41] quis[42] novit nisi filius et, cui[43] voluerit filius revelare[44]. Et iterum: Deum nemo vidit umquam, <N442, f. 57va> nisi unige<I83, f. 125ra>nitus filius, qui est in sinu patris, ipse narravit. Et iterum Iudaeis dicit: Vos non nostis[45] eum, ego autem novi eum. Quod si dixero, quia[46] non novi eum, ero similis vobis mendax. Item[47] ibi[48]: Qui ex deo est, hic novit deum[49]. Et iterum: Ego novi eum, quia[50] ab ipso sum. Ecce docuimus, quia semper videt filius patrem. Quomodo adstruunt[51] eum patrem non posse videre, in cuius sinu noscitur[52] permanere?
<O93, f. 26rb> Si sereno sensu divinas recenseas[53] [54] scripturas, invenies[55] non solum patrem filio testimonium[56] perhibentem sed totam simul inseparabilem[57] trinitatem ipso domino protestante, qui ait: Ego <V630, f. 60ra> sum, <VD38, f. 118vb> qui testimo<SG670, p. 249a>nium[58] perhibeo de meipso, et testimonium perhibet[59] de me pater, qui misit me. Et iterum: Si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium meum verum est, quia scio[60], unde venio et[61] quo vado. Et de spiritu sancto: Cum venerit paraclitus spiritus[62] veritatis, ille testimonium perhibet[63] de me.
Intende[64], quaeso, intende, quoniam in quibus una testificationis[65] virtus ostenditur, nullus ab alio neque potior[66] neque inferior[67] iudicatur. Saepius[68] ista[69] iam <I83, f. 125rb> diximus, quia[70] secundum hominis formam filius visibilis dicitur, secundum deitatis vero substantiam invisibilis[71] praedicatur Paulo apostolo attestante[72]: O altitudo, inquit, sapientiae et[73] scientiae dei, quam incompraehensibilia sunt iudicia eius et investigabiles viae[74] eius. Et in Isaia: Cui similem aestimatis eum, cum sit ipse invisibilis? Et item apostolus: Mihi autem minimo omnium[75] sanctorum data est gratia haec in gentibus evangelizare investigabiles divitias[76] Christi et illuminare omnes, quae sit dispositio <VD38, f. 119ra> sacramenti[77] <SG670, p. 249b> absconditi a saeculis, in quibus omnia creavit. Item ipse: Qui est, ait, imago dei invisibilis. Et ad Colosenses: Ego Paulus minister[78], qui nunc gaudeo in passionibus meis pro vobis et suppleo[79], quae desunt[80], tribulationum Christi in carne mea pro corpore eius, <N442, f. 57vb> quod est ecclesia, cuius factus sum ego minister secundum dispensationem[81] dei in ministerium[82] Christi, quod absconditum fuit a saeculis et a[83] generationibus[84]. Item ibi[85]: Ut consolentur corda eorum in caritate, in omnes divitias adimpletionis[86] intellectus, <I83, f. 125va> in agnitione[87] mysterii, quod est Christus, in quo sunt omnes thesauri sapientiae[88] et scientiae[89] absconditi. Et in psalmo[90] LXXVI: In mari[91] est[92] via[93] tua et semitae tuae in aquis multis et vestigia tua non cognoscentur. Et in Salomone[94]: Sapientiam dei praecedentem omnia, quis investigavit[95]? Item ibi[96]: Radix sapientiae, cui revelata est, et astucias[97] [98] illius, quis agnovit[99]? Item[100] ibi[101]: Disciplina[102] sapientiae, cui mani<SG670, p. 250a>festata est et multipli<VD38, f. 119rb>cationem ingressus illius, quis intellexit? Item ibi[103]: Quoniam mirabilia sunt opera domini solius et gloriosa et absconsa[104] et opera illius invisa[105] hominibus.
Ecce sicut pater invisibilis est, ita etiam et filius invenitur. Quomodo ergo ab illis, qui hoc dicunt, quod mandastis[106], in eo, quod[107] nobis carnaliter se videri dignatus est patri[108] inferior[109] iudicatur? Talibus nolite cre<V630, f. 60rb>dere, vos et alios ab eorum[110] sensu avertere[111] docete. Vos ergo servite domino in timore, et exultate[112] ei in[113] tremore. Appraehendite disciplinam, ne pereatis de via <I83, f. 125vb> iusta.
Haec vero apostolorum est viva[114] traditio, haec vera[115] caritas, quae praedicanda est et veraciter diligenda[116] ac fovenda atque fiducialiter ab omnibus tenenda. Haec[117] sancta et apostolica mater omnium ecclesiarum Christi ecclesia, quae per dei omnipotentis gratiam[118] a tramite[119] apostolicae traditionis numquam errasse probabitur[120],

nec[121] hereticis novitatibus depravanda suc<SG670, p. 250b>cubuit[122] [123], sed[124], ut in exordio normam fidei christianae percepit ab auctoribus suis apostolorum <VD38, f. 119va> Christi principibus[125] illibata[126] finetenus[127] manet secundum ipsius domini salvatoris divinam pollicitationem[128], qui suorum discipulorum principi in suis fatus[129] [130] est evangeliis: Petre, inquiens, ecce satan[131] expetivit, ut cribraret[132] [133] vos sicut, qui cribrat triticum. Ego autem pro te rogavi[134], ut non deficiat[135] fides tua, et tu aliquando[136] confirma fratres tuos.
Consideret itaque vestra[137] excellens[138] prudentia, quam bonum sit persistere[139] in dispensatione[140] [141] vobis credita et in fide recta atque hereticis et aemulis[142] Christi repugnare[143] [144] [145] numquam a veritatis tramite declinare, quoniam dominus et salvator[146] omnium, cuius <I83, f. 126ra> fides est, <N442, f. 58ra> qui pro[147] nobis mori non dubitavit et proprio nos suo[148] redemit sanguine, qui[149] fidem beati[150] Petri non defecturam promisit et confirmare eum fratres <P9629, f. 34v> suos[151] admonuit, quod apostolicos pontifices meae exiguitatis[152] praedecessores[153] confidenter fecisse semper cunctis est cognitum. Quorum et pusillitas[154] mea, <SG670, p. 250a> licet impar[155] et minima, pro suscepto tamen divina dignatione ministerio pedissequa[156] <VD38, f. 120rb> cupit exsistere. Vae enim erit nobis, qui huius <O93, f. 26va> ministerii onus susceptum habemus, si veritatem salvatoris nostri Iesu Christi, quam apostoli praedicaverunt, praedicare[157] neglexerimus. Vae erit[158] nobis, si silentio veritatem oppresserimus, qui[159] erogare nummulariis iubemur[160], id[161] est, christianos populos iubere[162] et docere. Quid[163] in[164] ipsius Christi futuro dicturi sumus examine, si sermonum[165] eius veritatem confundimus[166] praedicare? Quid erit de nobis, cum de commissis nobis animabus et de officio suscepto rationem iustus iudex Christus deus noster districtam exegerit?
Ideo, <V630, f. 60va> fratres, hortor dilectionem vestram, obtestor et moneo, ut, qua debetis et potes<I83, f. 126rb>tis sollicitudine[167], vigiletis ad investigandos[168] hereticos et inimicos sanctae dei ecclesiae et[169] a sanis mentibus, ne pestis haec latius divulgetur, severitate[170], qua[171] potestis pro viribus exstirpetis, quoniam, ut[172] habebit[173] a deo dignae remunerationis[174] praemium, qui diligen<SG670, p. 250b>tius, quod ad salutem commissae sibi plebis[175] proficiat, fuerit exsecutus[176], ita ante tribunal domini de reatu neglegentiae[177] <VD38, f. 120ra> se non poterit excusare, quicumque plebem suam contra sacrilegae[178] persuasionis[179] [180] auctores noluerit custodire.

Data Non. Febr. Claudio[181] et Paterno vv.[182] cc. conss.

O93, f. 26va; N442, f. 58ra; V630, f. 60va; I83, f. 126rb; VD38, f. 120ra; SG670, p. 250b; P9629, f. 34v

1 *Überschrift*] EPISTOLA FELICIS PAPAE *SG670*
2 episcopus *V630; SG670;* quoepiscopo *I83*
3 Suscipiens *VD38*
4 fraternitatis *korr. aus* fraternitati *VD38*
5 quae ab *korr. aus* quae *SG670*
6 aliter *korr. aus* liter *SG670*
7 conveniunt *I83;* conveniant *korr. aus* conveniunt *SG670*
8 sacramentis *korr. aus* sacramenta *SG670*
9 *am Rande* Repugnavimus renuimus contraciximus *VD38*
10 resultavimus *korr. aus* sultavimus *V630*
11 *am Rande* causae *VD38*
12 sede] sede querebatur *korr. aus* sede *SG670*
13 instruxerunt *korr. aus* instuxerunt *VD38*
14 accipere consueverunt *fehlt I83; SG670*
15 *am Rande* De his qui dicunt filium non posse proprie videre patrem *V630*
16 Continebant *korr. aus* Continebantur *V630;* Continebant *VD38; SG670*
17 quidam *korr. aus* qidam *SG670*
18 possunt *P9629*
19 dominum *VD38*
20 aliis *VD38*
21 *am Rande* componunt *VD38*
22 minor est filius] minorē filium *korr. aus* minorē filius *SG670*
23 filius *fehlt VD38*
24 patre *V630; P9629; I83; VD38; SG670*
25 autem] autem aut *P9629*
26 *am Rande* deridendo clamant docent *VD38*
27 ipse invisibilis] invisibilis ipse *V630*
28 cōnprobantur *V630*
29 *am Rande* leges institutiones *VD38*
30 adulterino *korr. aus* adulteriono *I83*

31 patre *V630;* pater *O93; P9629; I83;* patrem *korr. aus* pater *SG670*
32 *am Rande* manifestioribus *VD38*
33 testimonii *V630; I83*
34 *am Rande* testamenti *VD38*
35 instrumentis *V630; I83;* instrumenti *korr. aus* instrumentis *SG670*
36 doceamur *SG670*
37 dicente *I83; VD38; SG670*
38 affuit] affuit et *korr. aus* affuit est *SG670*
39 *am Rande* apertum *VD38*
40 placitum] placitum in *SG670*
41 patrem *korr. aus* patre *VD38*
42 quis novit *korr. aus* quis novit quis novit *VD38*
43 qui *P9629*
44 revelari *V630; I83*
45 nostis *korr. aus* ostis *V630*
46 quia *fehlt V630;* quiaa *korr. aus* quia *P9629*
47 Item] Dixit enim *SG670*
48 alibi *P9629*
49 eum *SG670*
50 qui *P9629*
51 *am Rande* Docent *VD38*
52 noscitur] nos scitur *SG670*
53 *am Rande* Relegas Rememoras Revolvas *VD38*
54 recenseamus *SG670*
55 inveniemus *korr. aus* inveniens *SG670*
56 testimonium *korr. aus* testimonio *V630; SG670*
57 inseparabilem *korr. aus* inparabilem *N442*
58 testimonio *P9629*
59 perhibet de me pater *korr. aus* perhibet *P9629*
60 scito *V630*
61 aut *V630; P9629*
62 spiritus *fehlt P9629*
63 perhibebit *N442; VD38;* perhibebit *korr. aus* perhibet *SG670*
64 Intende *korr. aus* Intendo *P9629*
65 *am Rande* affirmationis *VD38*
66 *am Rande* Maior aut melior *VD38*
67 *am Rande* Minor *VD38*
68 *interlinear* Sed prius ista *SG670*
69 iusta *SG670*
70 qui *I83; VD38*
71 invisibilis] minus visibilis *SG670*
72 testante *VD38*
73 et scientiae dei *fehlt N442*
74 *am Rande* opera *VD38*
75 omnium *fehlt SG670*
76 divitia *I83*
77 sacrament *VD38*
78 minister] minister vester *korr. aus* minister *SG670*
79 *am Rande* Impleo *VD38*
80 desunt *korr. aus* deest *SG670*
81 *am Rande* Ordinationem *VD38*
82 ministerio *korr. aus* ministerium *SG670*
83 a *fehlt I83; VD38; SG670*
84 generationibus *korr. aus* gerationibus *N442;* generationibus *korr. aus* generatiobus *SG670*
85 alibi *P9629*
86 adimpletionis *korr. aus* adimpletiones *P9629*
87 agnitionem *V630; SG670*
88 *am Rande* Sapientia est divinarum rerum cognitio *VD38*
89 *am Rande* Scientia est humanarum rerum cognitio *VD38*
90 salmo *P9629*

91 mari *korr. aus* maria *V630*
92 est *fehlt I83*
93 via tua] viae tuae *V630; I83*
94 salamone *P9629*
95 investigabitur *V630;* investigabit *P9629*
96 alibi *P9629*
97 *am Rande* subtilitates *VD38*
98 astutia *I83*
99 agnovit *korr. aus* agnovitur *V630*
100 Item ibi *fehlt SG670*
101 alibi *P9629*
102 ibi Disciplina sapientiae, cui manifestata est et multiplicationem ingressus illius, quis intellexit? Item ibi] alibi Disciplina sapientiae, cui manifestata est et multiplicationem ingressus illius, quis intellexit? Item alibi *korr. aus* alibi *P9629*
103 alibi *P9629*
104 abscondita *P9629*
105 *am Rande* non visa incognita *VD38*
106 mandatis *V630;* mandastis *korr. aus* mandatis *SG670*
107 quod] quod a *korr. aus* quod *P9629;* quod a *SG670*
108 patre *VD38*
109 inferior] inferior non *SG670*
110 eorum] eorum se *korr. aus* eorum *SG670*
111 *am Rande* Recedere *VD38*
112 exaltate *I83*
113 cum *V630; P9629; I83; VD38; SG670*
114 *am Rande* vera et fortis viva quia vivificat peccantes *VD38*
115 vero *I83*
116 diligenda *korr. aus* diligentia *SG670*
117 Haec] Hęc habet *korr. aus* Hęc *SG670*
118 gratiam *korr. aus* gratia *SG670*
119 *am Rande* A rectitudine *VD38*
120 probatur *korr. aus* probabitur *SG670*
121 nec] nec ab *V630*
122 *am Rande* Inclinatur ceciit *VD38*
123 succumbit *korr. aus* succubuit *SG670*
124 sed ut] sed sicut *korr. aus* sed *SG670*
125 pricipibus *I83*
126 *am Rande* Incorrupta *VD38*
127 *am Rande* usque in finem *VD38*
128 *am Rande* promissionem *VD38*
129 *am Rande* Locutus *VD38*
130 fatus *korr. aus* factus *O93; V630; SG670;* factus *P9629; I83*
131 satanas *N442*
132 *am Rande* Dispergeret *VD38*
133 cribaret *VD38*
134 rogavi *korr. aus* rogavit *P9629*
135 deficiat *korr. aus* deficiet *P9629; SG670*
136 aliquando] aliquando conversus *korr. aus* aliquando *SG670*
137 vestra *korr. aus* vestram *SG670*
138 *am Rande* praecellens *VD38*
139 *am Rande* perseverare *VD38*
140 *am Rande* Ministerio *VD38*
141 dispensationem *I83*
142 *am Rande* Inimicis *VD38*
143 *am Rande* Resistere *VD38*
144 pugnare *I83*
145 repugnare] repugnare et *N442; VD38; SG670*
146 salvator] salvator est *VD38*
147 pro *fehlt I83*
148 suo *fehlt I83*

149 qui *fehlt I83; SG670*
150 beati] beati beati *O93*
151 suos *korr. aus* vos *V630*
152 *am Rande* parvitatis *VD38*
153 praecessores *I83; SG670*
154 pusillitas *korr. aus* pusillitatis *VD38*
155 *am Rande* Inequalis *VD38*
156 *am Rande* Imitatrix *VD38*
157 praedicare *fehlt SG670*
158 erit nobis *korr. aus* erit *P9629*
159 quam *korr. aus* qui *V630*
160 iubemus *I83*
161 id est] ide *P9629*
162 iuvare *korr. aus* iubere *V630;* inbuere *I83; VD38;* iuvare *SG670*
163 Quid in *korr. aus* Quid *SG670*
164 in *fehlt I83*
165 sermonem *V630*
166 confundimur *VD38*
167 *am Rande* Diligentia *VD38*
168 *am Rande* Inquirendos *VD38*
169 et a *korr. aus* et *P9629*
170 *am Rande* Asperitate *VD38*
171 qua *korr. aus* qa *SG670*
172 ut *fehlt SG670*
173 habebit *korr. aus* haec *V630*
174 remunerationis *korr. aus* remunerationes *V630*
175 plebis *korr. aus* plebi *SG670*
176 *am Rande* Impleverit *VD38*
177 neglegentiae *korr. aus* neglegintiae *P9629*
178 *am Rande* perfide *VD38*
179 *am Rande* Deceptionis *VD38*
180 persuasiones *I83*
181 claudiano *I83*
182 vv. cc.] v. c. *SG670*